

- Palætrium**] Oppidum in Macedonia, de quo Plin. lib. 4. cap. 10.
- Palætyrus**] Oppidum in Tyro. Plin. lib. 5. cap. 19.
- Palâm**] Aduerbiū (ἀμφοτέρω, ἀμφοτέρω, ἀμφοτέρω, ἀμφοτέρω) Manifestè, apertè, in conspectu, in ore atq; oculis omnium. Contrarium habet Clâm. Terent. Adel. 3. 2. 30,
A lenone ipſus eripuit palâm. Donatus, Corâm ad certas personas refertur, Palâm ad omnes.
- Palâm** & interdium, cui contrarium Clâm & noctiu. Cæsar 3. bel. Ciuil. 118.
- Luce palâm**. Virg. 9. Aen. 31.
- Luce** & palâm comportare aliquid. Cic. in Pisonem, 17.
- Palâm** & Clâm, contraria. Cic. pro Cælio, 15.
- Palâm** & obscurè, contraria. Cic. 4. Acad. 27.
- Palâm** & apertè. Plaut. Bacchid. 5. 67.
- Palâm** in ore atq; omnium gesta sunt. Cic. 4. Verr. 57.
- In foro, palâm**, multis audientibus recitare, & clarissima uocè testari aliquid. Cic. pro Cluent. 17.
- Per præstigia**, & Palâm, contraria. Cic. 6. Verr. 47.
- Diuulgare palâm** primum tempus ætatis alicuius ad omnes libidines. Cic. Post red. in Senatu, 8.
- Palâm** est. Plaut. Mostel. 15. 19. Terent. Eunuch. 1. 2. 24,
Sin falsum, aut uanum, aut fictum est: continuo palâm est. id est, nihil celo.
- Palâm** est pisces audire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1. hoc est, certissimum est, & in confesso.
- Palâm** & ante oculos omnium esse. Cic. 7. Verr. 52.
- Palâm** facere. Plaut. Aſin. 14. 12,
— me honestius est,
Quâm te palâm hanc rem facere.
- Apertè ac palâm** facere aliquid, non ex insidijs. Cicero in Oratore, 21.
- Apertè, palâmq;** dicere aliquid. Cic. 2. Verr. 12.
- Palâm ac liberè** frui. Cic. 2. de Nat. deor. 235.
- Serere palâm** rem aliquam. Cic. Att. lib. 16. 335. 6.
- Palâm** mentiri. Plaut. Truc. 4. 83.
- Manifesta res palâm** indicat. Lucret. lib. 1. 164.
- Probare aliquid palâm**. Cic. pro Flacco, 53.
- Palâm aduersarius**. Cic. 3. Verr. 27.
- Palâm beatus**. Terent. Phorm. 13. 17. hoc est, apertè & sine dubio.
- Palam, cum ablatiuo**, pro Coram, præpositio est. Liu. lib. 6. ab Vrbe, inde rem creditori palam populo persoluit.
- Palamedes**] pen. prod. (παλαμήδης) nomen Nauplij, Euboeæ regis filij, qui Vlyſſis fraude à Græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet εϕχφ. Præterea ordinem aciei, dationem signi, tesseras, hoc est, symbolum bellicum, & uigilias inuenit. Hinc à poetis Palamedis aues, grues dicuntur. Mart. lib. 13. 75,
Turbabis uersus, nec littera tota uolabit,
Vnam perdidit si Palamedis auem.
- De hoc Philostratus** in Heroicis multa. Vlyſſis primum insanie simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Vlyſſes, quin eum apud exercitum proditiōnis falso insimulatum damnavi, atq; lapidibus obrui perficeret: quem postea Græci fleuere, & magnopere desiderauerunt. Palamedes Eleates Grammaticus scripsit Onomasticon de Tragicis & Comicis dictionibus, ac de proprietate Atticæ ac Doricæ lingue. Suidas.
- Belides Palamedes**. Virg. 2. Aen. 17. Belidem uocat, quia à Belo originem duxit, à quo septimo gradu distabat.
- Palamnei**] sunt demones, ex eorum genere quos approbare ac rata firmâq; habere nocumenta Aegyptij protulerunt.

- runt**. Cælius libro 2. capite 11.
- Palangæ**] dicuntur fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur quum attrahuntur ad pelagus, uel quum ad litora subducuntur. Vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehant. Varro de uita pop. Rom. libro 4, Quum Pœnus in fretum obuiam uenisset nostris, & quosdam cepisset crudelissimè, pro plangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. Nonius.
- Palango**] gas, palangare (παλαγγίζω) onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afranius, Et capream uiuam semilaceram quaterni simul palangabant.
- Palans**] Vide Palor, palaris, in Palus, priore producta.
- Palantes**] Claudij libertus ditissimus, de quo Plinius libro 33. cap. 10.
- Palanteum**] penultima producta (παλατεύειον) urbs in Palatino monte, à Palante Euandri proauo. Virgilius libro 8. Aeneid. 10.
- Mœnia Palantea**. Virg. 9. Aen. 40.
- Palantia**] Oppidum Iberiæ, teste Stephano. Vnde & Palantini. Est & nomen fluminis in Valentino litore.
- Palantium**] unde Romæ Palatium, oppidum est in Arcadia. Plin. lib. 4. cap. 6.
- Palaria**] æ, Ludus pali. Alexand. Alexandrinus Genial. dierum lib. 1. capite 20, Ad palum quoq; exerceri, aut iaculis & sagittis ferire, nonnunquam fundis & lapidibus, disciplinæ militaris erat. Fuit enim palus cubitorum trium, quem tyrones scuto & clauo, uelut hostem petere, in eumq; ictus & plagas inferre solebant. In quo id cauebatur in primis, ne dum ad palum ictus intendunt, ipsi hostium telis pateant. proinde oportebat eos animo & corpore intentos esse, non magis ad inferendos, quàm ad cauendos declinandosq; ictus: cui ludo Palatia nomen erat.
- Palaris**] & hoc Palare. Vide Palus.
- Palas**] ultima longa, siue Pallas, Euandri proauus, à quo Palanteum est dictum.
- Palatha**] παλάθη, Massa propriè ficorum & caricarum, teste Hesychio.
- Palatialis**] sacrum quod in palatio fiebat, sicut Fagutal in Viminali dies festus erat. Alex. Alexandrinus lib. 6. cap. 11.
- Palatim**] Aduerbiū. Significat passim uagando. Liuius libro 5. ab Vrbe, Tusculum palatim fugerunt. id est, sparsim fugerunt, non turmatim.
- Palatina**] παλατινή, regio Romæ, cuius Arcades duce Euandro, Palantes authores extiterunt.
- Palatinus**, pen. prod. Adiectiuum (παλατινός) unde Palatinus deus, & Palatinus mons dictus est, super quo primò Roma ædificata fuit, & in eo reges primò, deinde Consules, post Imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et Palatini, qui & Palantes sunt, qui cum Euandro uenerunt, & Aborigines confederunt in quartæ regionis palatio. Sed hos alij dictos à Palantia Latini uxore putauere.
- Euander Palatinus**. Virg. 7. Aen. 2.
- Apollo Palatinus**. Horat. 1. epist. 3. 4.
- Arces Palatinæ**. Horat. in Carm. seculari, 13.
- Balneæ Palatinæ**. Cic. pro Roscio Amer. 11.
- Collis Palatinus**. Claud. 4. Paneg. 109.
- Gens Palatina**. Ouid. 14. Metam. 124.
- Iugum Palatinum**. Ouid. 6. Fast. 159.
- Laurus Palatinæ**. Ouid. 4. Fast. 192.
- Palatina palæstra**, quæ in Palatio monte exercetur. Cicero ad Att. lib. 2. 19. 5.
- Palatina Venus**. Plin. lib. 36. cap. 3. 1.
- Palatini**, præter antiquum significationem, sunt qui uel palatium domum principis habitant, uel officium palatium exercent: